

instituire. *Clar. §. fin. q. 69. n. 7. Navarr. Laym. & alii.* Poteritque reum torqueri sine excommunicationis periculo: cum jam reus sit privilegio Canonis privatus: ac proinde illum percussus non incurrit censuram. *C. Si quis suadente Diabolo. Suarez, de Cens. D. 30. sect. 2. n. 7. Navarr. & alii contra Mart. de Jurisdic. p. 4. cas. 131.* Degradatus equidem solum potest à R. Pontifice restitui in pristinum statum: Et tunc solemniter restituuntur ipsi instrumenta, & vestes, quibus fuit spoliatus, *cap. 65. 11. q. 3.* Si verò appellet à degradatione esse utique audiendus, & si probet, sententiam esse nullam, vel injustam, potest ab Episcopo restitui. *Suar. de Censur. D. 30. sect. 2. n. fin. Barbosa. de Offic. Episc. alleg. 110. n. 32. Diaz, & alii.* Episcopus autem, non verò alius Prælator inferior potest restituere verbaliter degradatum. *Barb. de Offic. Episcop. alleg. 110. n. fin. Sylv. & alii.*

In nostra quidem Hispania, & his Indiarum Regnis pœnæ, quæ Fisco applicantur dicuntur: *Penas de Cámara, gastos de Justicia, y Estrados*: quin, & aliquando aliqua multa applicantur operibus piis, & publicis. *L. 25. tit. 25. lib. 2. R. Indiar.* Ad exigendas ergo, & repetendas hujusmodi pœnas assignantur à Rege, vel Regiis Cancellariis quidam Officialis, quam Hispanè nuncupamus *Receptor General de penas de Cámara. L. 1. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* Cui quidem, & non alii hujusmodi pœnæ tradendæ sunt. *L. 3. l. 7. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* Et ipse potest alios Subalternos Officiales in locis suæ jurisdictionis pro talium pœnarum exactione designare. *L. 37. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* Et Magistratus talium locorum debent ipsi Receptor in hac materia obedire. *L. 43. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* Si verò nullus sit designatus Receptor in locis ubi sunt Regia Indiarum Cancellaria, hæc exactio ad Officiales Regios spectat. *L. 2. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* Sed tales pœnæ exiguntur donec sententia in rem transierit judicatum. *L. 13. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* Has quidem Regiæ Cameræ pœnas nullus, etiam Prorex, vel Regius Senatus potest ad aliquos sumptus applicare sine Regis licentia. *L. 4. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* nec possunt impendi nisi in illis præcisè rebus, quibus jam sunt à Rege destinata. Ut in *L. 30. tit. 31. lib. 2. R. Ind.* ubi ex his pœnis jubentur solvi stipendia debita Tabellioni, & Officiali. *Hispanè: Algualcil*, qui assistunt Senatoribus Regiis,

quando aliquam Provinciam visitant. Item in *L. 12. tit. 8. lib. 7. R. Ind.* dicitur, quod ex his pœnis deducatur sumptus necessarii pro conductione reorum, qui ex Regno Peruvico ad trirèmes, vel exilium in Terram firmam mittuntur. Deinde in *L. 44. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* disponitur quod ex his pœnis deducatur, quod sit necessarium ad sustentationem damnatorum ad trirèmes. Nec item valent tales pœnæ applicari ad sumptus, quos dicunt justitiæ; *arg. L. 28. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* nec pro supplemento, nisi expressè concedatur. Ut in *L. 26. tit. 8. lib. 7. R. Ind.* ibi: *Si no bastaren las condenaciones de gastos de justicia para seguir delinquentes, y malhechores, se suplan de penas de Cámara, con que se hayan de reemplazar en las primeras, que se causaren.* Circa depositionem verò, & applicationem harum pœnarum sic habetur in *L. 22. tit. 25. lib. 2. R. Ind. Declaramos, que los Oidores, juntamente con el Virrey, ó Presidente, y los Alcaldes del Crimen tambien con el Virrey, cada Tribunal en lo que le tocáre, puedan librar en penas de Estrados, y gastos de Justicia lo que fuere necesario; y saltando el Virrey, ó Presidente, cada Tribunal por sí lo que le tocáre.* Sanè prædictus Receptor debet dare fidejussores idoneos. *L. 36. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* Et singulis annis Officialibus, seu Quæstoribus Regiis rationem suæ administrationis reddere. *L. 25. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* Et pro suo salario potest decimam partem omnium pœnarum, quas reperit accipere: nisi aliter consuetudine, vel pacto statutum sit. *L. 25. tit. 25. lib. 2. R. Ind.* fere idem pro Hispania habetur in *Tit. 14. lib. 2. R. C.*

343 Postquam jam pœnæ in genere explanatæ sunt aliquid de pœnis particularibus singulis delictis correspondentibus in Tyronum gratiam addere libuit: summo nempe digito, non plena manu, quia non vacat, tangendo quod de unaquaque præcipuum reperiam in jure: nec enim longiorem nunc instituere sermone oportet: & ad majorem facilitatem ordine Alphabeticò procedam.

Abigeatus est furti species, & committitur ab eo, qui subripit pecora ex pascuis, vel ex armentis. Aliquando morte, aliquando leviori pœna plectitur. *L. 1. & per tot. ff. de Abigeis L. 19. tit. 14. p. 7.*

Abortus pœna capitali punitur, qui abortui causam dedit si erat animatus foetus: pœna tamen extraordinaria si ani-

animatus non erat. *L. 4. ff. de Variis, & extraord. crimin. L. 8. tit. 8. p. 7.* Et quamvis Sixtus V. tali delicto excommunicationem majorem Pontifici reservatam, & alias pœnas indixisset, in magna parte prædicta Constitutio ad Jus Commune redacta est à Greg. XIV.

Abrasio scripturæ pœna falsi punitur. *L. 1. tit. 7. p. 7.*

Adulterium Jure Divino antiquo morte puniebatur. *Levit. 20. Deuter. 22.* De jure quidem Canonico Clericus adulter in Monasterium detruitur. *c. 10. D. 81. Tamen ex Trid. sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 8.* Adulteri, si ter moniti, non recedant à peccato excommunicantur. Mulieres sive conjugatæ, sive solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinariis publice vivunt: si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter pro modo culpæ, puniantur, & extra Oppidum, vel Diocesim, si sic eisdem Ordinariis videbitur, invocato, si opus fuerit brachio Sæculari, ejiciantur: aliis pœnis contra adulteros, & concubinariorum, in suo robore permanentibus. Jure autem Civili variè pro temporum varietate puniebatur adulterium. Denique Jure Hispano noviori adulteri traduntur cum suis bonis marito adulteræ, ut de eis faciant prout voluerit. *L. 81. Taur. L. 2. tit. 20. lib. 8. R. C.* Uxor amittit dotem, & arras, quas quidem lucratur maritus, sive civiler, sive criminaliter agat. *L. 80. l. 81. Taur. L. 5. tit. 15. lib. 5. R. C. L. 4. tit. 20. lib. 8. R. C.* non tamen lucratur dotem maritus, si adulteros; ut potest, in adulterio deprehensos velit occidere. *L. 82. Taur. L. 5. tit. 20. lib. 8. R. C.* Et quidem si autoritate delegata Judicis illos occidat, non peccat: Secus aliter.

Affectus, seu conatus merè internus solum à Deo punitur: si ad actum externum prodeat, regulariter punitur pœna extraordinaria. *L. 1. §. Hac autem, ff. Quæ quisque jur. nisi in delictis, in quibus ob suam atrocitatem, & enormitatem pœna ordinaria statuitur: quando nempe ad actum velde proximum criminis conatus accedit. L. 7. C. Ad L. Corn. de Syar. L. 7. l. 12. tit. 8. p. 7. l. 2. tit. 31. p. 7.*

Alapa pro varietate personarum, & locorum quibus, & in quibus infligitur, variè arbitrio Judicis punitur: qui, & pœnam mortis pro injuriæ qualitate potest imponere; nam gravissima injuria

Tit. II.

est, & ut talem ponderant Evangelistæ percusionem in faciem Christi Domini. *Matth. 26. Marc. 14. Joan. 18. v. 22. §. Atrox, Inst. de injur. L. 20. tit. 9. p. 7. Gregor. Lop. ibid. V. En el ojo. Piebard. Manduct. ad Prax. p. 3. §. 4. V. Alapa.*

Aleatores, qui vel taxillis, vel aliis Judis prohibitis utuntur, regulariter arbitrio Judicis puniuntur de Jure Canonico; *arg. c. 15. de Vita, & honest. C. 11. de Excessib. Prælator. Trid. sess. 22. de Reform. cap. 1.* in nostra Hispania ludentes taxillis, vel chartis pœnis: *Hispanè: Dados, ó Naypes*, pœna pecuniaria, & aliquando incarceratione plectuntur. *L. 2. tit. 7. lib. 8. R. C.* in Indiis ludus taxillorum omnino prohibetur, sed chartarum pictarum permittitur usque ad summam decem argenteorum. *L. 1. tit. 2. lib. 7. R. Ind.* Item prohibentur domus publicæ ad ludum destinata, ibi: *Mandamos à los Virreyes, Governadores, y Justicias, que hagan castigar, y castiguen los delitos cometidos en casas de juego, y tablages, conforme à su gravedad; y que cesen tales juegos, y juntas de gente valdía, y tan ilícitos, y perjudiciales aprovechamientos, in L. 3.* prohibetur ludus Senatoribus, & ejus uxoris, & in *L. 6.* etiam Mercatoribus. At verò in *L. 4. & 5.* permittitur militibus, sed solum dum sunt in locis ad custodiam destinatis, *Hispanè: Cuerpos de Guardia.*

Ambitus crimen, quod quidem committunt ambitiosus, qui ut dignitatem, vel honorem obtineant pecuniam dant, Jure Civili Lege Julia de ambitu puniebatur, scilicet centum aureis cum infamia. *L. 1. ff. ad L. Jul. de ambit.* Etiam in nostra Hispania pœna infamiae, & pecuniaria punitur. *L. 26. tit. 5. p. 1. & aliquando confiscatione medietatis bonorum, & decennio exilii. L. 15. l. 16. l. 17. lib. 1. R. C.*

Annonam corruptam vendentes, vel quid facientes, quod reddatur carior annona, Dardanarii dicuntur: *Hispanè: Regatones.* Et crimen fraudatæ annonæ committunt, & puniuntur extraordinarie. *L. 6. ff. de Variis, & extraord. crimin. In nostra Hispania flagellis, & pœna pecuniaria, privatione officii, & aliis pœnis pro varietate personarum hoc delictum punitur. L. 1. & seqq. tit. 14. lib. 5. R. C. L. 20. tit. 3. lib. 7. R. C.*

Apostasiam à fide committentes, *Hispanè: Renegados, y Jornadaizos*: sunt qui non in parte, sed in totum à Fide Catholica recedunt, & ad Judaismum,

Tit 2

vel

vel Paganismum se convertunt. L. 1. L. 2. C. de Apostas. & poenis Hæreticorum puniuntur. c. 13. de Heretic. in 6. & in nostra Hispania de hoc crimine cognoscunt Inquisitores. Gonz. in c. 4. de Apost. n. 6. Dian. in Sum. V. Inquisitores, n. 147. De Apostasia Idorum cognoscunt Episcopi. L. 35. tit. 1. lib. 6. R. Ind. ibi: Por estár prohibido à los Inquisidores Apostolicos el proceder contra Indios, compete su castigo à los Ordinarios Eclesiasticos, y deben ser obedecidos, y cumplidos sus mandamientos, y contra los Hechiceros que matan con hechizos, y usan de otros maleficios, procedan sus Justicias Reales. Apostata à Religione juxta jusque Religionis statuta puniendi sunt.

Assasinum morte punitur de Jure Civili. L. 39. ff. b. t. de Jure Canonico per Assasinos faciens, vel tantum mandans, aliquem interfici, tanquam ab omnibus diffidatus, absque alicujus prolatione incurrit excommunicationem, & depositionem ab officio. c. 1. de Homicid. in 6. in nostra Hispania morte punitur Assasinum. L. 3. tit. 27. p. 7. Et habetur, ut proditio, vel mors secuta. Hispani Muerte alevosa, nec remittitur in indulto generali. L. 6. tit. 25. lib. 8. R. C. Et in L. 10. tit. 23. lib. 8. R. C. dicitur: Todo hombre, que matare à otro à traycion, à aleva, arrastrerlo por ello, y enforquenlo y todo lo del traydor bayalo el Rey, y del alevoso haya la mitad el Rey, y la otra mitad sus herederos.

Blasphemia, si hereticalis est, ad Inquisitores spectat in nostra Hispania privative, & punitur poena tritremium, & lingua horum ligno comprimitur. Hispani: Mirada. Roxas de Heret. p. 2. n. 17. Dian. in Sum. V. Inquisitores, n. 151. Si non est hereticalis est mixti fori. C. fin. de Maledic. & ferè arbitrarie punitur pro gravitate blasphemiae, & personarum. Aced. in L. 3. tit. 1. lib. 1. R. C. n. 7. Quamvis in L. 5. tit. 2. p. 7. & in L. 1. & seq. tit. 4. lib. 8. R. C. poenæ certæ sint statuta, hodie blasphemii flagellantur, & eorum lingua (non figurat clavo ut dicit L. 5. tit. 4. lib. 8. R. C.) sed ligno præmitur, & aliquando ad tritremes mittuntur. L. fin. 2. 4. lib. 8. R. C. Clerici poena depositionis plectuntur. Gonz. in C. fin. de Maledic. n. fin.

344 Calumniator, qui falsa crimina alteri obijcit, si succumbat, punitur eadem poena, qua erat puniendus accusatus: quæ dicitur poena Talionis, C. Ca-

lumniator 2. q. 3. L. 26. tit. 1. p. 7. Sed hodie in expensas, & arbitrio Judicis condemnatur. L. 3. ff. ad S. C. Turpillian. ibi: In privatis, & extraordinariis criminibus omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admitti plectuntur. Gregor. Lop. in L. 13. tit. 9. p. 4. V. A poena de Talion. Cancellator Scripturæ poena falsi punitur L. 1. tit. 7. p. 7. Vide Falsum.

Carceris effiator Jure Civili poena mortis plectitur. L. 1. ff. de Effractoribus. In nostra Hispania reus fugiens à carcere habetur pro confesso, & arbitrarie punitur. L. 13. tit. 29. p. 7. ibi: Cà semeja, que se dan por fechoros de los yerros de que eran acusados, porque ante que los judguen se acuerdan así en uno en fuir: è aun demas de esto, debeles el Judgador dar alguna pena por ende segun su alvedrio. Et in L. 7. tit. 26. lib. 8. R. C. punitur multa 600. marapetinorum. Si verò alius per violentiam à carcere extrahat aliquem reum ea poena, qua ipse captus puniendus erat, ipse effiator punitur. L. 14. tit. 29. p. 7. Aced. in L. 1. tit. 18. lib. 8. R. C. ex n. 170. Hevia in Curia, p. 3. §. 11. n. 13. qui à carcere fugit, ut se coram superiore sistat, non habetur tanquam effiator, imò etsi verè fugisset, sed postea se presenteret, & restituit carceri, purgat fugæ delictum. Aced. in L. 7. tit. 26. lib. 8. R. C. Hevia in Cur. p. 3. §. 11. n. 13.

Carceris privati auctor, & custos poena mortis punitur. L. 1. C. de Privat. Carcer. ibid. L. 15. tit. 29. p. 7. ibi: E otro de aquí adelante ficere Carcel por su autoridad, à cepto, à cadena sin mandado del Rey, è metiesse omes en prision en ella, mandamos que muera por ello. L. 5. tit. 23. lib. 4. R. C. Et hoc crimen sola captura committitur, nec est necesse reum in carcerem includere, nec habere animum jurisdictionem usurpandi. Gregor. Lop. & Aced. in dict. Leg.

Castigatio immoderata in servos, filios, vel alios, quos emendare, & corrigere licet. L. 1. C. de Emendat. servor. L. 1. C. de Emendat. proping. L. 9. tit. 1. p. 3. L. 6. tit. 21. p. 4. arbitrarie punitur. Menoch. de Arbit. cas. 364.

Castrans se ipsum fit irregularis. c. 4. D. 55. L. 25. tit. 6. p. 1. & poena mortis, ut homicida plectitur; arg. c. 4. D. 55. Gregor. Lopez, in L. 25. tit. 6. p. 1. V. de su grado, sicut decusum est de illo, qui puerum, vel hominem liberum castraverit. L. 1. C. de Eunuch. etiam Chirur. gus, qui hoc faciat, nisi forte sit causa

ineviabilis medicina. L. 13. tit. 8. p. 7. Et ut notat Gregor. Lop. ibid. eodem modo punitur, sive volens, sive invitus, quis castratur: quin & ipse, qui patitur se castrari punitur. Nec in foro conscientiae licet pueros, etiam consentientes, castrare, ut Ecclesiis suæ vocis servitute deserviant, quia nullus est dominus suorum membrorum. Ita Lugo Diaz, Præpositi. Bonacin. Caram. & latè Verecill. tit. 14. q. 197. quamvis contrarium tenent Salon. Sayr. Tambur. & alii, quibus consuetudo suffragatur. Nec pro servanda castitate potest quis se castrare: quia præterquamquod, non vitantur hoc modo tentationes juxta plures, castitas non ferro, sed fervore spiritus, & Dei gratia servari oportet, ac proinde qui se castraret, ad sedandas tentationes peccaret mortaliter. Ut ait Potestas, tom. 1. p. 2. n. 2073.

Circulatores, qui scilicet proponunt aut circumferunt serpentes, aut alia animalia, si damnum eorum causa, vel ob eorum metum fiat, poena arbitraria puniuntur. L. 11. ff. de Extraord. crim.

Coitus, & adulterium servi cum domina morte utriusque plectitur. Domina enim capite punitur, servus autem comburitur. L. 1. C. de Mulier. qua propr. serv. De jure tamen Hispano, & mulier comburitur. L. 15. tit. 17. p. 7. Eadem poena ignis punitur servus alienus, qui coierit cum virgine, vidua honesta, vel moniali. L. 2. tit. 19. p. 7. Si maurus coeat cum christiana virgine, vel vidua poena mortis ipse punitur, mulier verò pro prima vice plectitur confiscatione medietatis bonorum, pro secunda bona omnia confiscantur, si filii non extent: si tamen extent ipsi debentur, & ipsa morte punitur. Si cum ipsa coeat, ipse morte punitur, & ipsa arbitrio mariti absolventa, vel punienda, etiam morte ignis, relinquuntur. L. 10. tit. 25. p. 7. Coitus custodis cum incarcerata arbitrarie punitur. Gom. in L. 80. Taur. n. 25. Coitus Tutoris cum ejus pupilla punitur confiscatione omnium bonorum Tutoris, si descendentibus, vel ascendentibus usque ad 3. gradum careat. Et ipse insuper in perpetuum exilium mittitur. L. 16. tit. 17. p. 7. Gom. in L. 80. Taur. num. 24. Si coeat famulus, aut serviens cum domina sua, vel aliqua consanguinea, vel affine domini ipse poena mortis simpliciter punitur. L. 6. tit. 20. lib. 8. R. C. abrogata morte ignis. L. 2. tit. 19. p. 7. Et ipsa traditur domino domus punienda poe-

na mortis, vel qualibet alia pro suo arbitrio. L. 6. tit. 20. lib. 8. R. C. Si famulus cum famula coeat, uterque publice fustigatur centum flagellis. Coitus vassalli cum demita uxore demini feudi, vel filia, nepte, sorore, aut nuru ejus feudi amissione, præter alias poenas, punitur. Menoch. de Arbitr. cas. 267. Coitus cum moniali, si accedat violentia, vel raptus morte punitur, & medietas bonorum hoc delictum, committentis fisco applicatur. L. 2. tit. 19. p. 7. & ibid. Gregor. Lopez L. 3. tit. 20. p. 7. & ibid. Gregor. Lop. V. O yaciendo. L. 7. tit. 20. lib. 8. R. C. & ibid. Aced. ex n. 57.

Concubinaus (licet olim fuisse impunitus tit. 4. p. 4. ubi agitur de concubinis) variè punitur pro varietate circumstantiarum. L. 1. & per tot. tit. 19. lib. 8. R. C. Hæc concubina Hispanè dicuntur Barraganas. L. 1. tit. 14. p. 4. ibi: E tomò este nome de dos palabras: de barra, que es de Arabigo, que quiere tanto decir, como fuera; è gana, que es de Ladino, que es por ganancia. E estas dos palabras ajustadas quieren tanto decir, como ganancia, que es fecha fuera de mandamiento de Eglefia, è por ende los que nacen de tales mugeres, son llamados hijos de ganancia.

Confessionis Sacramentalis relevator, olim perpetua peregrinationis poena plectebatur. c. 2. de Poenit. D. 6. ibi: Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vita sua ignominiosius peregrinando pergat. Hodie in Monasterium sive carcerem detruditur. c. 12. de Poenit. & remis.

345 Decectores, id est, campores, sive bancarii, qui fugiunt, & bona abscondunt, ut creditores, ad pacta iniqua compellant, tanquam publici latrones, & grassatores puniuntur: neque ex tunc uti valent Mercatorum, nec camporum officio quod si utantur, confiscantur omnia illorum bona nec item ex tunc valent pacta conventiones, remissiones, vel transactiones, factæ ab ipsis cum suis creditoribus, vel etiam aliis personis in creditorum præjudicium. L. 2. tit. 19. lib. 5. R. C.

Depopulatores, seu populatores agrorum. Hispani: Los que talan los campos, ut incendiarii puniuntur.

Diffamatores, qui de aliquo dicunt, aliquid commississe crimen, vel habere aliquam maculam servitutis, ignominia, vel ignobilitatis, ceguntur in judicio illud crimen proponere intra terminum

assignandum à Judice: alias ipsis sub poena arbitraria perpetuum imponitur silentium. *L. Diffamari, 5. C. de Ingeniis mansum. L. 46. tit. 2. p. 3.*

Directarii fures sunt, qui in aliena coenacula se dirigitur furandi animo *L. 7. ff. de Extraordin. crimin.*

Dormiens, qui consuetudinem habebat surgendi cum armis, ad percutiendum, dum dormiret, & alios qui ibi erant non dormivit de tali consuetudine, si aliquem occidat, per quinquennium mittitur in exilium. *L. 5. tit. 8. p. 7.*

Duellum, licet olim permissum. Hodie omni jure prohibitum est sub variis poenis. *c. 22. 2. q. 5. c. 1. c. 2. de Cleric. pugnant. in duell. Trid. sess. 25. de Reform. cap. 19. L. 10. tit. 8. lib. 8. R. C.* De quo jam diximus in *Tit. de Cleric. pugnant. in duello.* Et à nostro Rege Philippo V. An. 1716. Severissime fuit prohibitum, & declaratum delictum infame, ac proinde illud committentes privantur honoribus, & officiis, quæ ex Regia concessione habent, & habitu, & commendis Ordinum Militarium, aliisque poenis puniuntur.

346 Ebrictas arbitrariè punitur. *L. 6. §. Per vinum, ff. de Re Milit. Nec omnino excusat ebrictas à delicto in ebrictate commissum: attamen poena temperanda est. L. 5. tit. 8. p. 7. & ibid. Greg. Lop. V. Embriagaste. Aced. in L. 1. t. 4. lib. 8. R. C. n. 4. D. Thom. 2. 2. q. 150. art. 4.*

Excommunicatus in nostra Hispania sic punitur. *L. 1. tit. 5. lib. 8. R. C. Que si estuviere descomulgado por espacio de treinta dias, que pague en pena seiscentos maravedis y si estuviere endurecido en la dicha excomunion seis meses cumplidos, que pague en pena seis mil maravedis y pasados los dichos seis meses, si persistiere en dicha excomunion, pague cien maravedis cada un dia y demas, que lo cobien fuera de la Villa, ò Lugar donde viviere, porque su participacion es escusada; y si en el Lugar entrare, que la mitad de sus bienes sean confiscados para la nuestra Camara. De Jure Canonico, qui censuris ligatus obdurato animo in illis per annum insorduerit, contra eam tamquam de hæresi suspectum procedi potest. *Trid. sess. 25. de Reform. c. 3. & in nostra Hispania procedunt inquisitores. Gonz. in c. 13. §. 1. de Hæret. num. 1. & alii.**

Eximens captum à Judice, vel ejus Officialibus, cum jurisdictionem Regiam

contemnat, juxta aliquos in crimen læsæ Majestatis incidit. *L. 4. ff. ad Leg. Jul. Majest.* Sed tunc tantum tale crimen committitur, quando reus sic exemptus erat captus per Judices Regios, & erat reus criminis læsæ Majestatis alias, qui illus à carcere, vel à manibus Ministrorum, dum ad supplicium ducitur eximit, punitur eadem poena, qua reus erat puniendus. *L. 14. tit. 29. p. 7. & confiscatur medietas bonorum ejus, qui executionem sententiæ in auctoritatem rei judicatæ transactæ præter alias poenas in Hispania punitur confiscatione medietatis bonorum. L. 8. tit. 17. lib. 4. R. C. & cum Lex non distinguat inter causas civiles, & criminales, nec nos distinguere debemus, ac proinde generalitèr de omnibus intelligenda est: Aced. in L. 8. tit. 17. L. 4. R. C. num. fin.* Qui eximit à carcere eum, qui ibi erat detentus pro debito publico, vel privato profectò tenetur debitum solvere perinde, ac si esset fidejussor sic exempti. Si eximat eum, qui neque sit reus criminis, neque debitor, tunc eximens poena pecuniaria punitur. *Gregor. Lop. in L. 14. tit. 29. p. 7. V. Debia recipir.*

Expilatæ hæreditatis crimen, quod est species furti, arbitrariè punitur *L. 1. ff. Ex pilat. hæred.* in nostra Hispania ultra damni restitutionem, si talis expilator est nobilis ad tempus relegatur, vel alia poena arbitrio Judicis punitur. Si est plebejus ad opera Regis pro certò tempore damnatur. *L. 21. tit. 14. p. 7.*

Exponens infantem languidum, & sanguinolentum, punitur mortè si expositus fame pereat. *L. 4. ff. de Liber. agnos. L. 3. tit. 23. lib. 4. Fori.* Si non moriatur, arbitrariè exponens punitur; arg. *L. 1. §. 4. ff. de Liber. agnos. c. 3.* est Pater patriam potestatem, si est Dominus dominium amittit. *C. in. de Infant.*

347 Falsi crimen, quod committit falsificans litteras Pontificis, vel Principis Supremi punitur morte. *L. 6. tit. 7. p. 7. ibi: Pero qualquiera que falsa carta, ò privilegio, ò Bulla, ò moneda, ò Sello de Papa, ò de Rey, ò lo ficere falsar à otro, debe morir por ello. E si Escribano de algun Consejo ficere carta falsa, cortente la mano con que la escribió, è quide en fama do para sienpre.* Falsus testis etiam morte punitur, si erat mortì subjiendus is, contra quem depositus. Et sic in aliis delictis punitur eadem poena, qua alter esset puniendus. *L. 4. tit. 17. lib. 8. R. C. sed in L. 7. tit. 17. lib. 8. R. C. habetur:*

Que

Que los testigos falsos, en el caso que, segun las Leyes de nuestros Reynos, en las causas civiles habian de ser condenados à quitar los dientes, les sea esta pena commutada en vergüenza pública, y servicio de galeras por diez años; y que los dichos testigos falsos, en las causas criminales, no siendo caso de muerte, en que se hubiese de executar en él la misma pena, sean condenados en vergüenza pública, y perpetuamente à galeras; lo qual se entienda, y estienda à las personas, que induxeren à los dichos testigos falsos, siendo de calidad, que puedan ser condenados al dicho servicio de galeras. Qui falsat litteras Regias, ultra poenam mortis, amittit medietatem bonorum, quæ fisco applicantur. *L. 3. tit. 17. lib. 8. R. C.* Etiam amittit medietatem bonorum, quæ fisco addicuntur, qui monetam falsat, vel præcipit, vel contulit, quod falsetur. *L. 5. tit. 17. lib. 8. R. C.* Et poena ignis imponitur. *L. 2. C. de Falsa monet. Aced. in L. 5. tit. 17. lib. 8. R. C.* Ubi latè agit de modis falsandi monetam. Aliæ plures falsitates committuntur, quæ diversis pariter puniuntur poenis, vel exilii, vel confiscationis bonorum, & sæpè arbitrariè plectuntur. De quibus agit in *tit. de Crimine Fals. & in tit. tit. 7. p. 7. tit. 17. lib. 5. R. C. tit. 17. lib. 8. R. C.* Et ibid. *Gregor. Lop. & Aced. Barb. & Gonzal.*

Furiosus, si in furore delinquat, nulli subiacet poenæ. *L. 14. ff. de Offic. Præsid. ibi: Si tibi liquido comperto est Alium Præsum in eo furore esse, ut continua mentis alienatione omni intellectu careat, nec subest ulla suspicio, matrem ab eo simulatione dementia, occisam, potest de modo poena ejus dissimulare, cum satis furore ipso punitur. Et tamen diligenter custodiendus erit, ac si putabis, etiam vinculo coercendus quoniam tam ad poenam, quam ad tutelam ejus, & securitatem proximorum pertinebit. Clem. Si furiosus, de Homicid. L. 3. tit. 8. p. 7. Gom. Var. 3. cap. 1. num. 70. Menoch. de Arbitr. cas. 325.*

Furtum regularitèr arbitrariè punitur, prout circumstantiæ suadent: ita ut licet in nostra Hispania pro primo, & secundo furto non imponatur poena mortis, & pro tertio imponenda sit, potest accidere, ut pro primo debeat mortis poena imponi, ut publicis latronibus, & pyratibus imponi debet. *L. 18. tit. 14. p. 7.* Et aliquando neque pro tertio imponatur. Regularitèr tamen latrones fustigan-

tur, & in trirèmes mittuntur: & sufficit ad hanc poenam, quod sint ætatis 17. annorum. *L. 9. tit. 11. lib. 8. R. C.* Y esto se entienda, y estienda à los Encubridores, y Receptadores, y Participes en los hurtos, para que en estas haya lugar la misma pena, y en la misma forma, que de suso está declarado en los Ladrones. Aced. in L. 7. tit. 11. lib. 8. R. C. ex n. 77. Vid. Vers. Peculatus.

348 Gabellarum fraudatores in nostra Hispania sic puniuntur: si post publicationem conductoris gabellarum, Hispani: Arrendador, Fiel, ó Cogedor de Alcavalas, eas non solvant venditores, vel permutatores, elapso quinto die à publicatione, eas solvere, & insuper duplum dare tenentur: & emptores tenentur intra tres dies à celebrata emptione de ea conductorem gabellarum certiorum facere, alias tenentur gabellas cum duplo solvere. *L. 31. tit. 19. lib. 9. R. C.*

Grassatores, qui famosi latrones, Hispani: Salteadores, appellantur, qui scilicet, in itineribus publicis furantur poena mortis furcæ puniuntur. *L. 28. §. 10. & §. 15. ff. b. t. L. 18. tit. 14. p. 7. Et ibid. Greg. Lop. V. Twiese caminus.* Undè colligit, tunc aggredientem in stratis causa furandi puniri morte, quando plures hoc fecit, vel si semel cum hominis occasione. Si tamen semel sine homicidio ita furtum fecerunt, vel facere tentarunt ad aliquem actum perveniendo, non poena mortis, sed damnatione in metallum, vel relegatione in Insulam puniendi sunt, ut habetur in *L. 28. cap. 10. ff. b. t.* Aliquando cadavera latronum in partes dividuntur, Hispani: Haer quartos, ut in publicis itineribus, ad aliorum terrorem affligantur. Nec in latrones gaudet immunitate Ecclesiastica, si ab Ecclesiis fugiant, *cap. 6. 17. q. 4. L. 4. tit. 11. p. 1. L. 3. tit. 2. lib. 1. R. C.*

349 Habitum alterius gerens, si hoc in illius contemptum faciat, pro qualitate injuriæ punitur. Si fraudis causa, tamquam falsarius plectitur. *L. 27. §. fin. ff. ad L. Cornel. de Fals.* Si joel causa arbitrariè punitur; arg. *L. 4. C. de Episc. audient. Mulier utens habitu virili excommunicatur in cap. 6. D. 30. & Deut. 22. v. 5. dicitur: Non induatur mulier veste virili, nec vir utetur veste fæminea: abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc.* Attamen ob justam causam hæc licent, sicut etiam viro Religioso mutare habitum Monachalem, in Hispania. *Gregor. Lop. in L. 3. tit. 12. p. 5. V. Vesti-*

du-

duras. In Hispania prohibitum est uti personis, vel larvis, *Hispanè: Mascaras, ò Caratulas.* Et quidem villis fustrigatur centum flagellis, nobilibus per sex menses efficitur à Civitate: quod si noctu hoc fiat poena duplicatur. *L. fin. tit. 15. lib. 8. R. C.* In festivitibus, præcipue in die Corporis Christi, hæc permittuntur, quia cessat ratio Legis. *Aceved. ibid. & ita præxi docet.*

Hæresis crimen committentes excommunicatione majori cœrentur, privantur omni dignitate, & officio Ecclesiastico, & inhabiles ad alia redduntur: & Curia Sæculari traduntur. Quod si illud committens pertinax sit, vivus comburitur: si poeniteat, confiteaturque delictum, & de illo doleat, reconciliatur, præmissa abjurazione de formali, & regulariter damnatur ad carcerem temporalem, vel perpetuum pro circumstantiis, *Hispanè: Casa de la Penitencia,* & habitu poenitentiali notatur, *Hispanè: Sambenito.* Si relapsus sit, etiam si poeniteat, morte puniuntur, *cap. 14. de Hæret. in 6. L. 6. tit. 6. p. 1.* non tamen vivus comburitur, sed prius stragulatur. *Carena de Offic. Inquisit. p. 3. tit. 13. n. 8.* Bona illius confiscantur, & infamia ipse hæreticus, & ejus descendentes, usque ad secundam generationem, notantur. Ut constat ex tit. de Hæret. in Decret. 6. tit. 26. p. 7. tit. 3. lib. 8. R. C. Et *ibid. Greg. Lop. & Aceved. Diana in Sum. V. Hæreticorum poena.* Et in L. 3. tit. 3. lib. 8. R. C. dicitur: *Mandamos, que los reconciliados por el delito de la heregia, y apostasia, ni los hijos, y nietos de quemados, y condenados por el dicho delito hasta la segunda generacion por linea masculina, y hasta la primera por linea femenina, no puedan ser, ni sean del nuestro Consejo, ni Oidores de las Audiencias, ni Secretarios, ni Alcaldes, ni Alguaciles: ni tener otro officio público, ni Real en nuestra Casa, y Corte, &c.* Indi vero, si in hæresim incidunt puniuntur ab Ordinariis Ecclesiasticis, non vero ab Inquisitoribus. *L. 35. tit. 1. lib. 6. R. Ind.*

Homicidium voluntarium, etiam simplex, morte puniuntur: & hæc pro circumstantiis aggravatur. *Exod. 21. Matth. 26. v. 52. cap. 1. de Homicid. L. 1. & per tot. ff. ad Leg. Cornel. de Sicarii. L. 2. & per tot. tit. 8. p. 7. tot. tit. 23. lib. 8. R. C. DD. in prædict. locis.*

350 Immunitatis Ecclesiasticæ violatores, qui extrahunt confugientes ad Ecclesiam, de Jure Canonico excommuni-

cantur, *cap. 20. cap. 21. 17. q. 4. Trident. sess. 25. de Ref. cap. 20. L. 4. tit. 11. p. 1.* Et arbitrariè de Jure Hispano puniuntur; *arg. L. 4. tit. 2. lib. 1. R. C. ibi: Y mandamos à las Justicias, que escarmenten, y hagan justicia en los que lo contrario hicieren, segun la calidad del delito, que cometieren.*

Incendiarii de Jure Canonico excommunicantur, *cap. 32. 23. q. 8.* Ubi Text. incendiariorum malitiam pessimam, depopulatricem, & horrendam appellat. Et privantur immunitate Ecclesiastica, *cap. 6. de Immun. Eccles. L. 3. tit. 2. lib. 1. R. C.* Et poena mortis puniuntur. *L. 28. §. 12. ff. h. t. L. 9. tit. 10. p. 7. L. 6. tit. 12. lib. 8. R. C.* quod si quis ignem apponat, ut alterum occidat, etiam effectu mortis non secuto, ultra poenam corporalem, dimidia pars bonorum ejus applicatur fisco. *L. 8. titul. 26. lib. 8. R. C.*

Incestus poena adulterii puniuntur. *L. fin. tit. 18. p. 7.* ac proinde sic delinquentes arbitrio mariti puniendi relinquuntur. *L. 1. tit. 20. lib. 8. R. C.* Et insuper Incestum committens amittit medietatem bonorum, quæ fisco applicatur. *L. 7. tit. 10. lib. 8. R. C.* Incestus tamen in primo gradu, vel etiam si incestus in alio gradu concurrat cum adulterio semper morte, etiam in muliere, puniuntur, *Greg. Lop. in L. fin. tit. 18. p. 7. V. La mager.* Si colore matrimonii incestum committatur, nobilis in exilium perpetuum mittitur, plebejus, præter exilium perpetuum, publice fustigatur. *L. fin. tit. 18. part. 7. Aceved. in L. 7. tit. 20. lib. 8. n. 100.* at, hodie poenam incestus quoad poenam mortis esse arbitriam in foro Sæculari, sed non super poena confiscationis prædictæ Legis; licet in coitu nefario cum descendente, vel ascendente, attentis circumstantiis, & gravitate negotii, poena gravis est imponenda; sicut gravius est delictum, licet non mortis, ut asserit Cervantes in *L. 9. Taur. n. 44.* nisi circumstantiæ aggravarent.

Injuria regulariter puniuntur arbitrariè pro veritate circumstantiarum. *L. 20. L. 21. tit. 9. p. 7.* præter illas injurias, quibus certa à jure poena est statuta, ut in *L. 2. tit. 10. lib. 8. R. C.* ibi: *Qualquiera que à otro denostare, y le dicere: gajo, ó sodomítico, ó cornudo, ó traydor, ó herege: ó à muger, que tenga marido, puta, ó otros denuestos semejantes, desdígalo ante el Alcalde, y ante hombres buenos el plazo, que el Alcalde le pusiere, y peche tres-*

trescientos sueldos, y por ellos, mil y doscientos maravedis: la mitad para nuestra Camara, y la otra mitad para el querrelloso. Nobilis verò sic injuriatus quingentos solidos solvet, & arbitrariè puniuntur, non tamen tenentur palinodiam decantare. *Aceved. ibidem, n. 253. qui num. 237. notat, decisum esse quid nomine talium solidorum intelligatur, scilicet, mil y doscientos maravedis.*

Judex pecunia corruptus, olim arbitrariè Lege Julia repetundarum puniebatur. *L. 7. §. fin. ff. ad Leg. Jul. Repetund.* In nostra Hispania Gubernatores Assistentes, Prætores, Senatores, & alii Judices severè puniuntur, si sic delinquant: nam perjurii declarantur, & aliquando officiis privantur, & ad alia obtinenda redduntur inhabiles, & duplum accepti redere debent. Sic de Consiliariis, & Senatoribus, & aliis Officialibus Audienciarum statuitur in *L. 56. tit. 5. lib. 2. R. C. de Gubernatoribus, & aliis Judicibus, sic statuitur in L. 1. tit. 6. lib. 3. R. C. Y quando les proveyeremos de los dichos officios, aunque esten ausentes, hagan juramento en nuestro Consejo de guardar, y cumplir lo susodicho, à todo su leal pader: y que no pedirán, ni llevarán mas salario del que les fuere tassado en la Carta de poder que llevarén, ni consentirán llevar à sus Oficiales mas derechos de los que en el Arancel de aquella Ciudad, ò Villa, ò Provincia, que à su cargo fueren puestos, so pena que lo paguen con las Rezas, aunque digan que no lo suspiraron, y no recibirán dádiva, ni aceptaràn promessa, ni donacion, ellos, ni sus mugeres, ni hijos, de ninguna persona, por sí ni por otro, directè, ni indirectè, durante el tiempo de su officio de cuya mano aya de venir à él, y à su provecho, ni reciban mas de su salario, y derechos, que justamentè debieren de aver, segun la tabla de su Auditorio, so la dicha pena.*

Judices, Magistratus, Gubernatores, Senatores, & præsidēs Provinciarum nequeunt contrahere matrimonium sine Regis licentia in provincia eorum jurisdictionis subjecta. *L. 38. L. 57. L. 63. ff. de Ritu Nuptiar. L. 2. tit. 14. p. 4. L. 15. tit. 4. lib. 2. R. C.* Quod specialiter in Indiis prohibetur, non solum ipsis, sed & eorum filiis, & transgressores officiis privantur, non tam per modum poenæ, quam per defectum conditionis, sub qua Rex illis officia concedit. *L. 82. tit. 16. lib. 2. R. Ind. Solorzan. Pol. Ind. lib. 5. cap. 9.* Etiam prædictis omnino prohibetur, in

suis Provinciis negotiari, & precipue in Indiis. *L. 54. tit. 16. lib. 2. R. Ind. ibi: Ordenamos, y mandamos, que los Presidentes, Oidores, Alcaldes del Crimen, y Fiscales, no tengan de ninguna suerte grangerias de ganados mayores, ni menores, ni Estancias, ni Labranzas, ni tratos de mercadurias, ni otras negociaciones, ni labores por sus personas, ni otras interpuestas, ni se sirvan de Indios, de agua, ni yerba, ni leña, ni otros provechamientos, ni servicios, directa ni indirectamente, pena de nuestra merced, y de perdimiento de sus officios, y grangerias que tuviere, y mas mil ducados; y los que contrataren con los dichos por el mismo caso ayan peraido, y pierdan todos sus bienes. Quæ prohibitio extenditur ad prædictorum uxores, & filios, dum in eorum existunt potestate. *L. 66. tit. 16. L. 2. R. Ind.**

351 Læse Majestatis crimen, *Hispanè: Trayción,* committitur, quando quis contra Regem, contra Republicam, vel Patriam aliquid animo hostili molitur. *L. 1. tit. 18. lib. 8. R. C. ibi: La primera, y la mayor, y la que mas cruelmente debe ser escarmentada, es la que atañe à la persona del Rey; assi como si alguno se trabajasse de le matar, ò le briesse, ò lo prendiesse, ò le biciese deshonra, haciendo tuerto con la Reyna su muger, ò con su hija del Rey, no siendo ella casada, ò se trabajasse por le hacer perder la honra de su Dignidad, que tiene: y otrosi, qualquier que biciere estos yerros susodichos al Infante heredero, caería en este mismo caso... La segunda, si alguno se pone con los Enemigos para guerrear, ò hacer mal al Rey, ò al Reyno, ò les ayudare de becho, ò de consejo, ò les embiare carta, ò mandado, porque se aperciban en alguna cosa contra el Rey en daño de la tierra, &c. *L. 1. tit. 2. p. 7. L. 5. ad Legem Juliam Majest.* ubi plures alii casus referuntur, quibus hoc crimen committitur: quod quidem morte puniuntur, & perpetua infamia, quæ in filios, & etiam posteros descendit: domus delinquentis demoluntur nunquam rursus extruenda, & aratro in eas inducto sale asperguntur: & omnia ipsius bona confiscantur. *L. 6. tit. 13. p. 2.* Eadem poena puniuntur, non solum opem ferentes, sed qui sciunt prodicionem, & eam non detegunt: dos autem, & medietas bonorum, quæ lucrata sunt constante matrimonio, *Hispanè: Bienes gananciales uxori reservantur.* *L. 10. tit. 9. lib. 5. R. C. Latè Acev. in L. 1. tit. 18. lib. 8. R. C.**

Lamiae, Sagae, & Strigyes: Hispanè: Brujas, in Hispania publica ignominia, mitra infami imposita, Hispanè: Corozza, & aliis poenis pro gravitate delicti, à Tribunali S. Inquisitionis afficiuntur: imò aliquando morte ignis plectuntur, secundum Didac. Perez, Canter. & Aceved. in L. 5. tit. 1. lib. 8. R. C. n. 51.

Lenones, Hispanè: Alcabuertes, debent à villa, vel loco in exilium expelli. Si verò sint Lenones propria uxoris morte puniuntur. Idem est, si accepto, vel promisso pretio aliqui sint Lenones femina Religiosa, aut virginis, vel viduae honesta. L. 2. tit. 22. p. 7. Sed hodie omnino Hispania est prohibita sub poena centum flagellorum meretricibus habere Lenones, qui Hispanè: Rufianes dicuntur. Et ipse Leno pro prima vice publica ignominia obicitur, & in trimes per decennium mittitur: pro secunda centum flagellis publicè fustigatur, & in perpetuum mittitur ad trimes: pro tertia furca suspenditur. L. 4. L. 5. L. 10. tit. 11. lib. 8. R. C. Sed generali consuetudine est abrogata poena mortis pro hoc delicto, & regulariter tales Lenones mitra infami, Hispanè: Corozza, publicè circumferuntur, fustigantur, & ad trimes mittuntur. Didac. Perez in L. fin. tit. 24. lib. 8. Ordin. Reg. V. Rufianes.

Ludentes ad aleas, ut aleatores puniuntur. De ludis igitur in Jure Civili habetur in L. 2. §. 1. ff. de Aleator. Senatus Consultum vetuit in pecuniam ludere: prater quam si quis certet hasta, vel pilo jaciendo, vel currendo, saliendo luctando, pugnando, quod virtutis causa fiat, L. 3. ff. eod. ibi: Quod inconvicto vesendi causa punitur in eam rem familia ludere permittitur. Omnibus enim licet, etiam Religiosis, aliquo ludo, vel joco moderato, uti ad animi requiem, & delectationem, dummodo in eo exercendo, vel in joco aliquod probi ingenii lumen luceat, & conveniat personae, tempori, & loco, nihilque turpe, obscenum, flagitiosum, vel petulans fiat, vel dicatur, nec totaliter animi gravitas resolvatur: imò his circumstantiis adhibitis virtus Eutrapeliae exercetur. Dicitur quis Eutrapelus à bona conversatione: quia scilicet, bene convertit aliqua dicta, vel facta in solatium. Aristot. Ethic. L. 4. cap. 8. D. Thomas 2. 2. q. 168. art. 2. in corp. Aliqui tamen sunt ludi, qui non exercerent sine infamia aliqua. Hanc equidem incurrit jocolatores, histrio-

nes, buffones, & alii de quibus in L. 2. §. fin. L. 3. L. 4. ff. de his, qui notantur infam. L. 4. tit. 6. p. 7. ibi: Orosii, los que son juglares, è les remedadores, è los facedores de los zabarrones, que publicamente andan por el Pueblo, è cantan, è hacen juegos por precio: esto es, porque se enseñen ante todos, por aquel precio que les dan. Mas los que tañeren instrumentos por hacer solaz à si mesmos, è por hacer placer à sus amigos, è dar solaz à los Reyes, no serian por ende enfiados, è así decimos, que son enfiados los que lidian con bestias bravas, por dineros que les dan. Eiso mismo decimos, que lo son los que lidiasen uno con otro, por precio que les diessen. Pero quando un'omo lidiasse con otro sin precio por salvar à si mesmo, è algun su amigo, è con bestia brava por probar su fuerza, non seria enfiado por ende, ante ganaria prezo de hombre valiente, è esforzado. Ibid. Greg. Lopez.

Luxuria plures species sunt. Vid. Adulterium, Coitus, Sodomitia, &c. 352 Magi, qui incantamentis utuntur ad mira facienda. Hodie in nostra Hispania ab inquisitoribus puniuntur. Vid. Sortilegi.

Maledicus in Deum blasphemus est. Vid. Blasphemia. Si in homines, injuriam committit. Vid. Injuria.

Malefici sunt, qui pacto, & opere Demonis utuntur ad aliis nocendum. Duplex est maleficium, aliud dicitur amatorium, seu phyltrum, quod ad amorem, vel odium excitandum adhibetur, Dæmone commovente hominis phantasiam, nihil rancin in voluntatem agente. Aliud dicitur veneficium, quo alicui personae, vel ejus bonis damnum infertur. Vid. Veneficium, pro Indiis vid. L. 35. tit. 1. lib. 6. R. Ind.

Mathematicus, qui nobilissime Mathematicos facultari operum dat laudabilis, & honorandus est: ut, verò in Tit. 6. de Malef. & Mathematicis non Mathematicis, sed Malefici damnantur, & puniuntur, & quidem tales sunt vaticinatores, qui Mathematicorum liberali nomine adjuvantes suas ineptias proficiuntur, & fata cujusque nosse, & natales siderum observationes. Gotofr. n. 9. Sed hi omnes in nostra Hispania ad S. Inquisitionem spectant. Vid. Sortilegi. Indi tamen hæc perpetrantes in puncto ad fidem spectante; ab Ordinariis Ecclesiasticis, in aliis à Judice Sæculari puniuntur. L. 35. tit. 1. L. 6. R. Ind.

Matrimonium simul cum quibus con-

trahentes Polygami dicuntur: in Hispania publicè ignominia, & confusione exponuntur, & ad trimes mittuntur per decennium. L. 8. tit. 20. lib. 8. R. C. Sed hodie procedit Inquisitio in casu contrahendi binas nuptias, vel etiam attentandi secundas, vivente prima uxore. Dianna in Summ. V. Inquisitores, num. 166.

Mendicantes validi, qui amore otii nolunt victum, cum possint, sibi proprio labore, & industria quærere, Hispanè: Vagamundos, pro prima vice, si majores 20. ann. sint publica ignominia plectuntur, & per quadriennium in trimes mittuntur: pro secunda centum flagellis puniuntur, & in perpetuum ad trimes mittuntur. L. 6. tit. 11. lib. 8. R. C. Et in L. 11. tit. 11. lib. 8. R. C. dicitur. Y declaramos ser vagamundos, quanto à la dicha pena, los Egiptianos, y Caldeveros Estrangeros, y los pobres mendigantes sanos. At verò senibus, debilibus, & valetudinariis ubique permittitur habitare, & elemosinam petere. Aceved. in L. 1. tit. 11. lib. 8. R. C. in fin. In Indiis si vagamundi, postquam moniti sint, adhuc in suo otio persistant, debent à Provincia expelli. L. 1. tit. 4. lib. 7. R. Indiar. Egyptiani, Hispanè: Gitanos, nullo modo debent permitti in Indiis. L. fin. tit. 4. lib. 7. R. Ind.

Monialem carnaliter cognoscens, si Clericus sit, deponitur ab ordine sacro, & officii, ac beneficiis omnibus privatur, & in Monasterium ad perpetuam poenitentiam agendam detruditur. Laicus excommunicatur, & Monialis ad districtius Monasterium virginum ad poenitentiam peragendam redigitur. c. 28. 27. q. 1. de Jure Civili vir sic delinquens morte punitur. L. 5. C. de Episcop. & Cler. Et de Jure Hispano, si violentia adsit: & insuper medietate bonorum, quæ fisco applicantur. L. 7. tit. 20. lib. 8. R. C. si deest violentia, mitius punitur. L. 2. tit. 19. L. 3. tit. 20. p. 7. Et ibid. Greg. Lopez, & Aceved. L. 7. tit. 2. lib. 8. R. C. ex n. 55.

Monetam falsam cudens, vel adulterans, vel ea autens punitur poena falsi. Vid. Falsum.

Monopolium exercent, qui contra Legem Juliam de annona faciunt, quod annona carior reddatur: quatenus Mercatores faciunt pactum de re non vendenda, nisi certo pretio, vel quatenus omnes merces alicujus generis sibi emunt aliis auferendo libertatem emendi: quod

Hispanè dicimus: *atravesar*, è estancare confiscatione omnium bonorum, & perpetuo exilio puniuntur. L. un. C. de Monopol. L. 2. tit. 7. p. 5. ibi: *Defendemos, que tales cofradias, è posturas, è cotos non sean puestas sin sabiduria, è otorgamiento del Rey; è si los pusieren, que non valan. E todos quantos de aqui adelante los pusieren, pierdan todo quanto ovieren, è sea del Rey, è aun demás de esto sean echados de la tierra para siempre.* Aceved. in L. 1. tit. 14. lib. 5. R. C. n. 14.

353 Nomen suum in alterius detrimentum mutans falsi crimen committit. L. 2. tit. 7. p. 7. Si in fraudem alterius non sit, potest quis liberè nomen mutare. L. un. C. de Mutat. nomin. at verò in casu, L. 14. tit. 18. lib. 6. R. C. morte punitur mutatio nominis.

Notarius instrumentum falsum faciens committit falsi crimen. Vid. Falsum.

Occidens alium homicida est. Vid. Homicidium.

Occidens se ipsum tædio vitæ privatur Ecclesiastica sepultura: secus, si casu mortuus inveniat. c. 12. 23. q. 5. c. 11. de Sepultur. Et in nostra Hispania omnia ejus bona fisco adquiruntur, si hæredes descendentes non habeat. L. 8. tit. 23. lib. 8. R. C. & in flumen cadaver projicitur secundum Perez in L. 2. tit. 13. lib. 8. Ordinam. gloss. 2. Si erat detentus in carcere pro delicto poena mortis digno, & se occidat, tunc ejus cadaver suspenditur, non alias. Aceved. in L. 8. tit. 23. lib. 8. R. C. n. 3. & 4. & 20.

Occultans latrones, vel aliorum criminum reos eisdem poenis, quibus ipsi rei, subicitur. L. 1. ff. de Receptor. L. 1. L. 2. C. de His, qui latrones oculi.

354 Parricidium est occidere Patrem, vel Matrem, Avum, vel Aviam, Fratrem, Sororem, Patruelem, Matruelem, patruum, avunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, uxorem, virum, generum, socrum, vitricum, privignum, privignam, patronum, vel patronam. L. 1. ff. ad L. Pompej. de Parricid. Et in L. 9. ff. eod. poena parricidii more majorum, hæc instituta est, ut parricida virgis sanguineis verberatus, deinde culeo insuatur cum cane: gallo gallinaceo, & vipera, & simia. Deinde in mare profundum culeus jactetur: hoc ita, si mare proximum, sit alioquin bestii obicitur. §. 6. Instit. de public. judic. Hæc eadem poena in nostra Hispania servatur.

L. 12. tit. 8. p. 7. sed reus prius strangulatur, & ejus cadaver in culeo inmissum projicitur in mare, vel flumen vicinum. Sed statim sepeliendum extrahitur.

Partum supponens falsum committit. Vid. *Falsum*.

Peculatus crimen species est furti, quod committitur ab eo, qui publicam, vel sacram pecuniam furatur, & poena mortis saltem in nostra Hispania puniuntur. L. 18. tit. 14. p. 7. ibi: *Por razon de furto non deben matar: fueras ende, si fuesse ladrón conocido, que manifestamente tuviesse caminos, ò que robasse otros en la mar con navios armados, à quien dicen Corsarios, ò si fuesse ladrones, que huviesse entrado por fuerza en las casas, ò en los lugares de otros para robar, con armas, ò sin armas, ò ladrón que furtasse de la Iglesia, ò de otro lugar religioso alguna cosa santa, ò sagrada, ò Oficial del Rey, que tuviesse de él algun thesoro en guarda, ò que oviesse de cabdar sus pechos, ò sus derechos, è le furtare, ò le encubriere de ello à sabiendas: ò el judgador, que furtasse los maravedis del Rey, ò de algun Concejo, mientras estuviere en el Officio. Qualquiera de estos sobredichos, à quien fuere probado à sabiendas: ò en alguna de estas maneras, debe morir por ende èl, è quantos dieren ayuda, è consejo à tales ladrones para facer el furto, ò los encubrieren en sus casas, ò en otros lugares, deben haber aquella misma pena. Ibid. Greg. Lop.*

Perjurium promissorium in nostra Hispania omnium bonorum confiscatione puniuntur. L. 1. tit. 17. lib. 8. R. C. & infamia. c. 17. 6. q. 1. & perjurus à testimonio repellitur. c. 54. de Testib. Perjurium assertorium variè puniunt: nam testi falsum dicenti olim quinta pars denarium extrahebatur: hodie regularitèr ad trimeas damnatur. L. 7. tit. 17. lib. 8. R. C. Aliquando poenam talionis patitur. L. 83. *Taur.* L. 4. tit. 17. lib. 8. R. C.

Pœnitentia ab Inquisitione puniti debent ab Indiis omninò expelli. L. 19. tit. 19. lib. 1. R. *Ind.*

Pyratæ morte puniuntur. L. 18. tit. 14. p. 7.

Plagiarii, qui hominem liberum, libertum, vel servum alienum dolo malo vendiderint, aut aliter alienaverint *Legge Fabia*, de plagiaris, si nobiles fuerint in metallum damnantur, si ignobiles ultimo supplicio subjiciuntur. Et eadem poena tenentur, qui hominem liberum scientèr emunt. L. 1. & per tot. ff. ad Leg. *Fabiam*, de plag. L. 22. tit. 14. p. 7.

Prævaricatores eos appellamus (ait L. 212. ff. de V. S.) qui causam adversarii suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt: à varicando enim prævaricatores dicti sunt. Prævaricatores etiam dicuntur Advocati, & Procuratores, qui detegunt secreta sui clientuli, & adversario revelant, & poena extraordinaria puniuntur. L. 1. §. 1. ff. de Prævarication. de jure Hispano, poena mortis, ut avovosi puniuntur. L. fin. tit. 6. p. 3. Sed hæc Lex, quia nimis rigida non est in usu, sed est temperanda ex L. 9. tit. 6. p. 3. Ubi infamia, & poena arbitraria plectuntur, & officio tales Advocati privantur; ut notant Greg. Lopez, & Doct. Antonius Picardo.

Proditores. Hispanè: *Traydores. Legè Julia* Majestatis puniuntur. Vid. *Lesæ Majestatis crimen*.

355 Redens scripturam, aut monetam falsi crimen committit. Vid. *Falsum*.

Rapina species furti est quando scilicet, quis vi aliquid rapit: & tenetur actione criminali furti, & præterea actione vi bonorum raptorum: quæ intra annum quadrupli, post annum simple est. Sed in quadruplo inest, & rei persecutio. *Pr. Inst. de Vi bonor. raptor. L. 3. tit. 13. p. 7. L. 1. & seqq. tit. 12. lib. 8. R. C.* Si rapina fiat in campo, puniuntur prout in L. 3. tit. 13. lib. 8. R. C.

Raptus, quo virgo, vel vidua honesta rapitur, dirimit matrimonium contractum tempore raptus. *Trident. sess. 24. Reform. Matrim. cap. 6.* De Jure Civili, & Hispano puniuntur poena mortis, & privatione bonorum. L. 3. tit. 20. p. 7. L. un. C. de Rapt. *Virg.* quæ raptæ, si cum ea non contrahatur matrimonium: vel ejus parentibus, si fuerint inviti, vel Regi, si ipsi consenserunt, applicantur; sed dos uxoris delinquentis, & debita ante sententiam per raptorem contracta debent uxori, & creditoribus dari. L. 3. tit. 20. p. 7. Quod si in eremo committatur hoc delictum, vel illuc raptor cum rapta confugiat morte saggitæ plectitur. Siquidem est crimen, quod dicimus de la *Hermanidad*. L. 2. tit. 18. lib. 8. R. C. Etiam morte puniuntur in Hispania raptus conjugata. Et idem est, si religiosa rapiatur. Et tunc bona rapientis Monasterio applicantur. c. 30. 27. q. 1. L. 3. tit. 20. p. 7. Ubi idem disponitur de rapiente suam sponsam, & de auxilium scientèr ad prædicta præstante. Rapiens aliam feminam, præter dictas poenas, arbitrariè puniuntur. L. 3. tit. 20. p. 7. Ubi notat

Gregor. *Lop. V. O* yaciendo, quod solus raptus sine copula, vel sola copula violenta sine raptu sufficit ad imponendas prædictas poenas, ibi: *Robando algun ome alguna muger viuda de buena fama, ò virgen, ò casada, ò Religiosa, ò yaciendo con alguna de ellas por fuerza, si le fuere probado en juicio, debe morir por ende.*

Receptatores regularitèr eadem poena, ac principales, aliquando levius puniuntur. L. 1. ff. de Receptator. ibi: *Pessimum genus est receptatorum, sine quibus nemo latere diu potest.* Et præcipitur, ut perinde puniantur, atque latrones: in pari causa habendi sunt, quia cum apprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel subreptorum parte dimiserunt. L. 18. tit. 14. L. 14. tit. 29. p. 7. L. 4. tit. 18. lib. 8. R. C.

356 Sacrilegium, quod est rei sacra violatio, circa personas, res, vel loca sacra, ut variis modis committitur, variis itidem pœnis pro varietate casuum, & personarum plectitur, scilicet excommunicatione, depositione, multa, poena corporali, & aliquando capitali. *Ex L. 4. tit. 18. p. 1.* sed ferè in omnibus arbitrio Judicis statuitur. L. fin. tit. 18. p. 1. & Gregor. *Lop. in dict. tit.* Ubi jura concordantia affert.

Sacculari (ait L. 7. ff. de Extraord. crim.) *Qui vitas in sacculo artes exercentes partem subducunt, partem subtrahunt, item, qui directarii appellantur, hoc est, qui in aliena coenacula se dirigunt furandi animo plusquam fures puniendi sunt, ac proinde, aut ad tempus in opus dantur publicum, aut fustibus castigantur, aut ad tempus relegantur.* Et ut notat *ibid. Gotofred.* Saccularii igitur sunt, qui Magicis artibus pecuniam subducunt, & Synexius meminit ejuisdem, qui miro artificio sacculum, in quo erant aerei nummi, pro aureis supponebat. L. 8. tit. 16. p. 7. *Et ibid. Greg. Lop.* Tale delictum committit Mercator, qui in facie sacci meliorem mercem ostendit, quasi totus saccus tali sit plenus, cum sit pejoris conditionis merces, quæ latet. Item ille, qui vinum, oleum, & alia hujusmodi tanquam pura vendit, cum sint aliis deterioribus mixta, vel qui vendit annullum deauratum pro puro aureo, vel crystallum, vel vitrium pro lapide pretioso. *Hispanè* dicuntur teste *Nebrissenst.* *Ladrones à sacomano.*

Sage, Lamia, Stryges, *Hispaniè: Brujas.* Vid. *Lamia.*

de Pœnis. Sepulcrorum violatores, infamiam incurrunt. L. 1. ff. de Sepulchro violato, & arbitrariè puniuntur. Et quidem aliquando poena mortis. L. 8. L. 9. L. fin. ff. de Sepulchro viol. ibi: *Rei sepulchrorum violatorum, si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint, humilioris quidem fortune summo supplicio afficiuntur, honestiores in Insulam deportantur: alias autem relegantur aut in metallum damnantur.* Vide idem habes in L. 12. tit. 9. p. 7. & *ibid. Greg. Lop.*

Simoniam variè pro casuum, & personarum varietate committitur, ac proinde variè puniuntur, vel excommunicatione, vel suspensione, & aliis pœnis, de quibus c. 3. c. 4. & ferè per tot. 1. q. 1. c. 2. c. 6. c. 11. de Sim. L. 11. & seqq. tit. 17. p. 1.

Sodomia, horrendum, & nefandum crimen: sic puniuntur. L. 31. C. ad Leg. *Julliam, de Adult.* ibi: *Cum vir nubit in feminam viri prorecturam quid cupiat, ubi sexus perdidit locum? Ubi scelus est, id quod non proficit scire? Ubi venus mutatur in alteram formam? Ubi amor queritur, nec videtur jubemus insurgere Leges, armari jura gladio ultore, vel exquisitis pœnis subantur, infames, qui sunt, vel qui furti sunt rei.* L. 2. tit. 21. p. 7. Nunc in Hispania comburuntur. L. 1. & 2. tit. 21. lib. 8. R. C. *ex Constit. S. Pii V.* Clerici debent tradi brachio Sacculari puniendi, sed non ubique, hæc constitutio usu recepta est. Eisdem pœnis plectuntur foeminae hoc delictum perpetrantes. Hujus criminis rei juxta *Salcedo* in *Addit. ad Pract. Crimin. Canon. Diaz, Hevia* in *Curia Philip. p. 3.* §. 12. n. 29. non gaudet immunitate Ecclesiastica, sed communis est, eos gaudere. *Farin. de Immunitate in Append. n. 98.*

Sortilegi variè puniuntur, ut diximus in tit. de Sortileg. L. fin. tit. 23. p. 7. ubi tales poena mortis puniuntur. Et confirmatur in L. 6. tit. 3. lib. 8. R. C. ibi: *Ninguna persona, de qualquier estado, ò condicion que sea, non sean osados de usar de estas maneras de adivanzas; conviene à saber, de agujeros de aves, ni de estornudos, ni de palabras, que llaman proverbios, ni de suertes, ni de hechizos, ni de catar en agua, ni en cristal, ni en espada, ni en espejo, ni en otra cosa lucida, ni hacer hechizos de metal, ni de otra cosa de qualquier adivinanza de cabeza de hombre muerto, ni de bestia, ni de palmada de niño, ni de muger virgen, ni de encantamientos, ni de cercos, ni de ligamento de casados, ni cortar la rosa del monte, porque sane la dolencia, que llaman rosa, ni de otras cosas semejantes à estas,*

por haber salud, ò por haber las cosas temporales que codician, so pena, que seyendole probado por testigos, ò por confesion de los mismos, que los maten por ellos y los que los encubrieren en sus casas à sabiendas, que sean echados de la tierra por siempre. Sed hodie in nostra Hispania omnia hæc delicta ad S. Inquisitionem pertinent, & regulariter poena arbitraria puniuntur, & idem est quando procedunt Judex Ecclesiasticus, vel Laicus in casibus, in quibus possunt procedere: ac proinde imponitur poena ignominie cum mitra infami, vel trirremium, vel detrusio in Monasterium, vel multa pecuniaria, prout circumstantie dicunt, nisi mors ex talibus maleficiis, vel artibus sit secuta: nam tunc morte mors est vindicanda. *Acced. in L. 5. tit. 1. lib. 8. R. C.*

Stellionatus dicitur quodcumque crimen commissum cum dolo, præcipue si alio nomine specifico caret. *L. 3. §. 1. ff. de Crim. Stellionat.* ibi: *Stellionatum obijci posse his qui dolo, quid fecerunt, sciendum est: scilicet, si aliud crimen non sit, quod obijciatur: quod enim in privatis judiciis est de dolo actio, hoc in criminalibus stellionatus persecutio. Ubicumque igitur titulus criminis deficit, illic stellionatus obijciemus, maxime autem in his locum habet: si quis forte rem alii obligatam dissimulata obligatione per calliditatem alii distraxerit, vel permutaverit, vel insolutum dederit: nam hæc omnes species stellionatum continent. Sed, & si quis merces supposuerit, vel obligatas averterit, vel si corruperit, aque stellionatus reus erit. §. 2. Poena autem stellionatus nulla legitima est, cum nec legitimum sit, solent autem ex hoc extra ordinem plecti, dummodo non debeat opus metalli hæc poena in plebeis ingredi, in his autem, qui sunt in aliquo honore positi ad tempus relegati, vel ab ordine motio remittenda est. *L. 12. & seqq. tit. 16. p. 7.* Ubi afferunt varii modi, quibus hoc crimen committitur.*

Stuprum est species luxurie in virginis illicita defloratione consistens, & Lege Julia de adulteriis coercetur. *L. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de Adult. L. 2. tit. 19. p. 7.* Ubi dicitur, quod virginem corrumpebat dolose, vel qui coit cum honesta vidua, vel Religiosa; si est honorabilis perdit medietatem bonorum Regis Camere applicandam, si fuerit vilis, publice flagellatur, & in Insulam condemnatur per quinquennium, & notat *Greg. Lop. ibid. V. Debe perder, in fin.* quod ex-

tra dictam poenam videtur condemnandus virginis stuprator, & seductor, ut det dorem congruum mulieri stuprate, quantum plus ipse dare debeat, seu datum sit alteri viro ratione deflorationis. De Jure Canonico stuprator tenetur disjunctivè, aut ducere puellam in uxorem, aut eam dotare. *c. 1. c. 2. de Adult. & jam generali consuetudine hæc poena imponitur in nostra Hispania à Judicibus Sæcularibus, & condemnatur stuprator poenis corporalibus si non contrahat matrimonium: nam si illud celebret liberatur ab omnibus poenis in sententia comprehensis *Gonz. in L. 80. Taur. n. 5. Clar. Vela, Gonn. in c. 1. de Adult. n. 6.**

357 Testis falsus falsi crimen committens variè punitur. *Vid. Falsum, & Perjurium.*

Terminorum motores Lege Agraria pro singulis terminis motis quinquaginta aureos in publico dare tenebantur. *L. fin. ff. de Termin. mot. Et in L. 2. ff. eod. dicitur: quod si splendidiore personæ occupandorum alienorum finium causa, id fecerunt, possunt in tempus, ut cujusque patitur ætas relegari, id est, si juvenior in longius, si senior recisus. Si verò alii negotium gesserunt castigari, & ad opus biennio dari: quod si per ignorantiam, aut fortuito lapides furati sunt, sufficit eos verberibus dicere. In nostra Hispania mutuans sine Judicis autoritate limites dividentes prædia vicinia, ultra poenam quinquaginta solidorum, pro quolibet limite moto perdit jus si quod habebat in ea parte, quam sibi ex mutatione acquirere intendebat: quod si nullum habebat jus, in duplum restituendum damnatur. *L. fin. tit. 14. p. 7. & ibid. Gregor. Lop. V. Cinguenta mareas.**

358 Vagabundi pro cujusque Regionis consuetudine puniendi sunt. *Vid. Mendicantes in Indiis, si vagabundi moti in suo otio persistent, debent à Provincia expelli. L. 1. tit. 4. lib. 7. R. Ind. Ægyptiani Hispanè: Gitanos, omnino debent ab Indiis expelli. L. fin. tit. 4. lib. 7. R. Ind.*

Venatio aliquibus temporibus, locis, & certis instrumentis prohibetur, sicut alias cuilibet permittitur: poena transgressorum est regulariter pecuniaria, vel brevis exilii, ut in nostra Hispania. *L. 1. & per tot. tit. 8. lib. 7. R. C.* Clericis venatio clamorosa prohibetur: ut diximus in titulo de Clerico Venator.

Venefici. Hispanè: Hechiceros; nomi-

TIT. XXXVIII.

De Pœnitentiis, & remissionibus.

359 PER medium poenitentia peccatorum remissio obtinetur.

*Sic D. Leo. in c. 49. de Pœnit. D. 1. Multiplex misericordia Dei, ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentia medicinam spes vite reparatur æterna, ut qui regenerationis donum violaverit, proprio se judicio condemnantes, ad remissionem criminum pervenirent. Hoc etiam inter suæ cœcitatibus umbras de suis Diis loquentes innuunt Gentiles. Sic alter Poeta. Sape levant poenas, ereptaque lumina reddunt, cum bene peccati poenituisse vident. Poenitentia est & mala præterita plangere, & plagenda iterum non committere, ait D. Ambr. in c. 1. de Pœnit. D. 3. & juxta D. August. in c. 4. de Pœnit. D. 3. est, quadam dolentis vindicta puniens in se, quod dolet commississe. *L. 18. tit. 4. p. 1.* ibi: Poenitentia est arreperire ome, ò dolere de suis peccatis, de maniera, que non baya mas voluntad de tornar à ellos. *D. Thom. in 3. part. q. 85. art. 1. ad 3. ibi: Dolor poenitentis est displicentia, seu reprobatio facti præteriti cum intentione removendi sequelam ipsius, scilicet offensam Dei, & reatum poenæ. Et quidem 1. accipitur pro virtute poenitentia, quatenus est habitus inclinans ad internam detestationem peccati, quatenus est offensæ Dei cum animo satisfaciendi. *O. D. Thom. in 3. p. q. 85. art. 3. ibi: Poenitentia non habet, quod sit virtus specialis ex hoc solo, quod dolet de malo perpetrato, (ad hoc enim sufficeret charitas) sed ex eo, quod poenitens dolens de peccato commisso in quantum est offensæ Dei cum emendationis proposito. Emendatio autem offensæ contra aliquem commissa non fit per solam cessationem offensæ sed exigitur ulterius, quadam recompensatio, que habet locum in offensis in alterum commissis, sicut, & retributio nisi, quod recompensatio est ex parte ejus, qui offendit (impo- tunc cum satisficit) retributio autem est ex parte ejus, in quem est offensæ commissa, quia utrumque est commutatio quadam. Unde manifestum, quod poenitentia, secundum quod est virtus, est pars justitiæ. 2. Sumitur pro Sacramento poenitentia: dum tam-***

ne maleficiorum continentur in c. 1. *L. de Malefic. & Matehem.* Solent veneno, malis medicamentis, susurris, & incantationibus magicis homines occidere: & tunc poena mortis plectuntur; nam plus est hominem extinguere veneno, quam occidere gladio. *L. 1. C. de Malef. L. 2. L. 9. tit. 23. p. 7. L. 5. & seqq. tit. 3. lib. 8. R. C. Acced. in L. 5. tit. 1. lib. 8. R. C.* in nostra Hispania ab Inquisitoribus puniuntur. Indi venefici puniuntur à Judicibus Sæcularibus. *L. 35. tit. 1. lib. 6. R. Ind.*

Verberans aliquem injustè irrogat ei gravem injuriam, & arbitrariè punitur. *Vid. Injuria Vim armis inferens, ut aliquem dejiciat à sua possessione Lege Julia de vi publica deportatione punitur. L. 10. §. fin. ff. ad Leg. Jul. de Vi publicæ. quod si vis sine armis fiat moderatur poena. L. 8. tit. 10. p. 7. Et hodie arbitraria est hujus delicti poena. *Greg. Lop. in L. 8. tit. 10. p. 7. V. Desterrado.**

Usurarii manifesti, & notorii infamiam incurrunt. *L. 4. tit. 6. p. 7. L. fin. tit. 6. lib. 8. R. C.* ibi: *Que el tal usurario, ò logrero, queda, y finque inabil, è infame perpetuamente.* A Sacra Eucharistia Comunione arcentur, & Ecclesiastica sepultura privantur. *c. de I. Usur. & qui illos humane præsumunt excommunicantur, c. 2. de Usur. in 6.* Quod si Clerici sint, ab officio, & beneficio suspendendi sunt. *c. 7. de Usur. Usurariorum testamenta nulla sunt, nisi satisfaciant, & restituant usuras, vel de satisfaciendo cautionem præstent. c. 2. de Usur. in 6.* Officiales facientes, vel scribentes statuta super usuris solvendis, vel non repetendis, vel non restituendis excommunicantur. *Cl. us. de Usur.* in nostra Hispania usurarii amittunt, quod in mutuum sub usuris dererunt, & mutuario acquirunt, & pro prima vice in tantundem condemnantur, & pro secunda amittunt medietatem bonorum, & pro tertia omnia bona amittunt. *L. 4. L. 5. tit. 6. lib. 8. R. C.* Sed jam satis de delictis, nec in ipsis immorari licet, sed celeriter ad salutarem poenitentiam transire oportet. Nec mihi si longuaculum sint, oraque centum, ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas, omnia peccatorum percurrere nomina possum.

de hinc...